



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 27. De Alexandro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

guam suam morsibus amputauit. Pulsis vrbe regibus attenuatum est valde Romanorum imperium. Romanorum reges septen: à Romulo vsq; ad Tarquinium Superbum imperauerunt annis cclxlv. Romæ post exactos reges initio Consules à Bruto esse cœperunt. Deinde tribuniplex ac dictatores & rursus consules Remp. tenuerunt per annos ferme cccclxiv. Censu Romæ agitato inuenta sunt hominum centum viginti millia. Lapis tunc in Ænis fluuio de cœlo ruit. Persarum septimus Artabanus regnauit annis itx. Artaxerxes annis xl. Anno ab vrbe condita cccii. tribuniplex Romæ erecti consulibus eiectis. Neemias tunc Hebræus minister vinarius consentiente domino suo, vigesimo eiusdem regni anno de Babylone venit, & muros Hierosolymis struxit. Romani denuo consules creati sunt. Si quæsieris de hebdomadis lxx. quæ in libro Danielis scriptæ sunt, reperies eas esse expletas in tempore Neronis Imperatoris, quæ faciunt annos * ccccl. Secundo postea à Vespasiano anno Hierosolyma capitur, vt Daniel prophetauit. Ex Ætna monte ignis erupit. Temporibus Consulium Galli Senonaci Romam incenderunt, excepto capitolio.

Euseb. 490.

Caput 27.
De Alexandro.

Alexander filius Philippi & Olympiadis nascitur. Romani Gallos superant. Nectenebon rege Ægyptiorum in Æthiopiam pulso, Ægyptiorum regnum destructum est, & in Romanam ditionem redigitur. Romani Samnitas duobus prælijs & reliquas vicinas gentes superant. Descriptione Romæ facta inuenta sunt ciuium centum quadraginta duo millia hominum. Alexander aduersus Illyrios & Thracas feliciter dimicās vicit. Quibus subuersis in Persas arma corripuit & apud Grani-

Granicum fluium rege ducibusq; oppressis urbem Sardis capit. Romanorum Consul Torquatus filium suum, qui plures prælio hostes vicerat, virgis cæsum securi percussit. Alexander capta Tyro Iudæam inuadit. Post multas pugnas triumphans Alexandriam in Ægypto septimo regni sui anno ædificauit: & tenuit omnia quæ cæperat annis xii. Alexander Hyrcanos & Medos cepit. Alexander Ornem . . . & Indum amnem transgreditur. Bellum egit Alexander aduersus Porum & Taxilononē dimicauit, & vicit Arpalus fugit in Asiā. Alexand. xxx. ætatis suæ anno moritur in Babylone; postquam translatum est in multos eius imperium. Macedonum regnum Philippus frater Alexandri possedit.

Romani Samnitas diutissime aduersus se pugnātes ad extremum in seruitutem subijciunt. Seleucus Caput 28.
De Romanis. Consul Babyloniam & plures vrbes ædificauit. Censu Romæ agitato inuenta sunt ciuium Romanorum ducenta septuaginta millia hominum. Legati Alexandriam Ptolomæi transmissi Romanorum amicitiam petierūt. Romani Gallos superāt, & Sabinorum terram sorte diuidunt. Seleucus in Sicilia capto Demetrio Syriæ & Asiæ pariter imperauit. Sostratus ingressus est Alexandriam, quam Romano subdidit imperio, & pharum magnam in Alexandria fecit. Tratus argenteos nummos primus in orbe figurari fecit. Romani Carthaginenses nauali prælio superant & centum ibi vrbes capiunt. Carthaginenses Romanorū naues in Sicilia capiunt Metello Consule in fugam verso. Censu Romæ tunc agitato inuenta sunt hominum ducenta sexaginta millia. Post an. quatuor Romæ tēplum Vestale incensum est. Post annos xiiii. quadraginta fere millia Gallorum fuerunt à Romanis cæsa.
Post